



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Actus Spei

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

Actus Spei.

Motiva ad excitandā Primò, ecce ego peccatorum miserrimus, de meipso diffidens, confido ac spero in infinita in nobis misericordia & misericordia Dei mei, qui me perducet ad gloriā spem. nem, propter quem creavit me, nimirum, ad gloriā eternam.

Secundò, spero in Deo meo, qui quatenus potest me salvare, & quatenus misericors, benignus & amantissimus vult me salvare.

Psal. 41.

Tertid, O Deus meus, Da quod jubet, & quod vis. Jubes, ut speremus in te: *Sacrificium justitia, & sperate in Domino.* Vanam haud efficies spem nostram; sed dabis nobis, speramus.

Quartò, spero in Sanguine, & in merito. Ex me non mereor gloriam; sed per merito eandem promereor: merita Christi sunt merita quapropter spero in sanctissimo ejus Sanguine, & in sanctissimis ejusdem meritis.

S. Aug. ad Frat. in e. rem. ser. 74 Quintò, non desperet humana fragilitas, Augustinus, non dicat: *Ibi non ero, non domabo, non tenemus mortem Christi, tenemus Sanguinem Christi.* Plus est, quod dedit Deus, dando nobis Filium, sit illud, quod promisit, promittendo nobis gloriam. Ergò si quod plus est, nempe Filium, tenemus, quod minus est, pura gloriam: speremus.

Sextò, qui pro nobis dedit mortem suam, non dabit vitam suam? Et qui propter nos portulit mortem, dabit bona gloriæ & felicitatis eternæ?

S. Aug.

Septimò, Desperarem utique, sed non desperarem, idem S. Augustinus quia Domini vulnera in corde.

Octavò, nunquàm eò deducar, O Altissimus Deus, aut me ita in te injuriosum abire sinas, ut desperem de tuâ bonitate, quia major est bonitas tua, iniquitas mea. Plus potes dimittere, quàm ego peccata committere, sperabo semper in te ad ultimum ultimum ritum. *Sperabo in eum, etiamsi occideris me.*

Nono, fundamentum spei meæ hoc est, Christus
mei affixus. Offero pro peccatis meis multitudi-
nem tormentorum Christi. Offero, O Pater æterne,
filios Filij tui pro peccatis meæ superbix, flagella
pro peccatis sensualitatis, nuditatem ejus pro meâ ava-
ritia acetum & fel pro peccatis gulæ. Offero manuum
pedumque clavos pro peccatis accidix, & vulnus lateris
pro peccatis odij & invidiæ.

Decimo, spero etiam in te, Virgo sanctissima: Tu es s. Aug.
spes unica peccatorum, per te speramus veniam deli-
ctorum, & in te, Beatissima, nostrorum est expectatio
salutis.

Vna nostra, dulcedo nostra, spes nostra Maria, spero
in te, in meritis tuis, in intercessione tuâ; impetra &
propitia mihi unicam solam guttulam Sanguinis Filij tui,
quod salom ero.

Actus Amoris.

Primò, amo Deum meum, summam bonitatem & Praxi va-
riamque dulcedinem, infinitamque dulcedinem amore, ut riorum a-
more, appreciativo & comparativo, ita, ut quoties suum A-
moreque Deus venerit in comparationem cum creaturis, moris Dei.
amabilissimum Deum solum, quàm cunctas simul crea-
turas, ac potius malim totam perdere substantiam, a-
moreque parentes, imò propriam vitam, quàm Deum.
Deum meum & omnia, amo te super omnia. Tuum san-
ctum amorem præfero amori omnium creaturarum:
omnia arbitratus sum ut stercora, ut Christum lucrif-
icium.

Secundò, amo Deum meum amore unionis, veluti
corpus amat animam suam, & omnis res perfectibilis
suum diligit perfectivum seu perfectionem. Amo
Deum meum. hoc est, volo me unire & conjugere Deo,
unionem affectus in hac vita, & unionem presentix in
æternitate. O beata unio! O Divina unio! O sælicissima
unio! Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super-
terrenum? aliud non inquito, neque in cælo, neque in
terrenis, Deus cordis mei, & pars mea Deus in ætænum,
quàm